

Gemini, qui <dii> Samothraces nominantur [esse]; 3  
 quorum argumentum nefas est pronuntiare praeter eos  
 qui mi<ste>riis prae[sto]sunt. alii Castorem et Pol-  
 lucem dicunt, quod hi principes mare tutum a prae-  
 donibus praestitissent. sunt qui dicant Herculem et 5  
 Theseum, quod similia athla sint adepti.

Cancer, carcinus, receptus beneficio Iunonis, 4  
 quod eius iussu, cum Hercules missus esset ad hy-  
 dram Lernaean (quam nos excetram dicimus) inter-  
 ficiendam, <i>s carcinus ingressus Herculis pedes et 10  
 crura lanians incommodiorem faciebat eum quam ipsa  
 excetra; idque malum Hercules difficillimum habuit,  
 carcinumque [cancrum] ob id factum Iuno sideribus  
 est / dignata. fol. 1<sup>o</sup>

Leo, leon, qui educatus est [Nemeae] Iunonis con- 5  
 silio ad Herculis interitum, missus in terram in Ar- 16